


1552. id est 4. Februarij. ~

Erasmus Roterodamus
Petro Tomicio Episcopo Crauovi:
ensi Regni Poloniae Vice:
Cancellario.

S. B. Ornatissime Praesul. Tametsi
nihil erat novi, quod ad te scriberem; tamen
posteaquam praeter spem obtigit vir egregius
Erasmus, Abbas Sanctae Clarae, qui pro sua
humanitate ultro invitavit, ut amicos
per ipsum salutarem, non existimavi mi:
hi committendum, ut ad suos sine meis li:
teris rediret praesertim quum hac De
causa non gravaretur, hi noctem unam
commorari, a proximis literis, quibus mi:
hi Severini Boneri filium commendaras,
nihil huc abs te perlatum est. Fortassis ad
vos quoque emanarunt, quae Albertus pi:
us homo male feriatas in me scripsit
Lutetiae. Quibus successerunt censurae Sor:
bonicae titulo facultatis, quum revera ne:
gotium hoc geratur per Bedam hominem
simpliciter odio Lymphatum cum tribus
Theologis quos sibi habet additos, ubi pri:
vati affectus vitiant publicam utilita:
tem. Scio plerisque Theologos pudere
illius editionis, sciebam quid merebatur
Beda malicia, ego tamen hoc honoris
habere volui titulo facultatis, ut summa

cum



552. 2
cum moderatione responderem, tametsi jam
ad plerumque responsum erat. Hieronimus Ale:
xander Episcopus Brundisinus nunc Lega:
tus Apostolicus apud Caesarem, iam olim spi:
rat impotens in me odium, nec dicere posuit
quare nunc irritator, quod Ciceronis Maje:
statem dicat lesisse in Dialogo, cui titulus
Ciceronianus. Sunt praesertim apud Italos
qui hoc agunt, ut non minus Discordiae
sit inter studiosorum cultores, quam inter do:
gmatum professores, nullo Regiae Celsitudini
tuae libellum, et sorbonicis Censuris et Al:
berti pij calumnijs respondentem, magis
obstiti in germania sectis, quam sexcenti Theo:
logi, ac pro officio talem mihi referunt gra:
tiam Ecclesiae, ut sibi videntur columna.
Sed vivit Christus Agonotheta noster
cui certamus ab hoc speramus brabeu id est
brevis. Nam hoc Domicilium in dies col:
labitur Reverendissimam amplitudinem
te Dominus diu servare dignetur incolu:
mem. Egregijs vestre Poloniae Victorijs
toto pectore applaudimus. Datum apud
Friburgum Brisgoe, quarto die Febru:
arij. Anno a Christo Nato. Millesimo
Quingentesimo trigesimo secundo n. 2